

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 36. Colloquium a Catholicis Regi addictis propositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

„tione exsolvatis: in primis ergo cum Sæcul. XVI.  
 „Maduano Duce votis, animisque con- A.C. 1592.  
 „spiretis, qui cum admirabili pietati,  
 „constantiae, magnique animi laude in  
 „hoc laborat, ut nobilissimum Franciæ  
 „diadema intactum, integrumque ser-  
 „vet, & catholicam Religionem,  
 „veramque Ecclesiæ Gallicanæ liberta-  
 „tem propugnet, in eo præcipue sitam,  
 „nequando illi hæreticus jugum im-  
 „ponat..”

„Proinde ab hæreticis se juncti fidem  
 „publicam, ceteraque flagitietis, quæ  
 „vobis opus esse videbuntur, ut ire li-  
 „bere, ac redire, dicere, ac propo-  
 „nere, quæ ad negotii tanti explicatio-  
 „nem occurrent, opportune liceat; Ma-  
 „duanus quoque in id suam fidem ob-  
 „stringit, nec minus ego vos in fidem  
 „meam, seu sanctæ, & Apostolicæ Se-  
 „dis tutelam nomine summi Pontificis  
 „recipio..”

Hoc scriptum die vigesima septima  
 Januarii Sigillo munitum Revolius, qui  
 in hoc Conventu a secretis erat, eadem  
 die ad Parisiensem Ordinum confessum  
 per tubicinem transmisit.

### §. XXXVI.

#### *Colloquium a Catholicis Regi addictis propositum.*

Hisce

**Sæcul. XVI.** Hisce declarationibus Rex aliud scri-  
A.C. 1593 ptum opponebat, quod nomine

**Thu. l. 105.** Principum, Prælatorum, Procerum,

**Spond. n. 4.** aliorumque Catholicorum Regi inte-

**Avil. l. c.** gra fide subjectorum divulgabatur, ubi

Rex ita perorabat: „Equidem Dux Ma-  
„duanus scripto illo, tam suo, quam  
„suæ factioni addictorum nomine pro-  
„fitetur, conventum, qui Lutetiae Pa-  
„risiorum celebratur, pro Religionis,  
„& publicæ tranquillitatis bono indi-  
„ctum esse, id tamen minime regiæ  
„parti addicti sperare audent, cum ce-  
„teris ad illum liber accessus non pa-  
„teat, propterea potius credunt, ex  
„continuato hoc bello Religionis Catho-  
„licæ, Regnique exitium promoveri,  
„hinc Principes, Præfules, ac Proce-  
„res, qui in aula sunt, vicissim tam suo,  
„quam aliorum Catholicorum, Regis  
„partes sequentium, atque in causa  
„Religionis, necnon in obsequio, quod  
„Regi debent, unanimiter perseveran-  
„tium nomine, Regis permisso, atque  
„auctoritate Maduano, aliisque ejus-  
„dem familiæ Principibus, Præfulibus,  
„ac ceteris, qui Lutetiae convenerunt,  
„denuntiant, tunc, si delegatos e suo  
„numero viros egregios ad loca inter Ur-  
„bem, & Dionysii - fanum commoda-  
„miserint, ibique de Religione, & Re-  
„gni salute in commune consultetur,

„fore,

„fore, ut & ipsi suos Deputatos tem- Sæcul. XVI.  
A.C. 1593.  
 „pore condicto mittant: quod si Madua-  
 „nus Dux, ejusque fautores id facere  
 „recusent, & potius ducant ad extre-  
 „ma contra Regni leges descendere, &  
 „cum regno Religionem manifesto pe-  
 „riculo objicere pergent, & a Majorum  
 „virtute degenerantes Hispanorum de-  
 „Francorum dementia superbe trium-  
 „phantium libidini patriam exponere,  
 „tunc protestantur omnes Principes, &  
 „Præfules Regiis partibus addicti de in-  
 „nocentia sua, ac culpam tot calamita-  
 „tum in eos merito rejiciunt, qui ambi-  
 „tione cæci omni concordiae abjecta ra-  
 „tione, gloriæ Dei, & Regni saluti pri-  
 „vata commoda præseferunt. Postea  
 per tubicinem hæc epistola a Revolio  
 secretioris Senatus Ministro subscri-  
 pta Lutetiam ad Conventum eadem  
 die mittebatur.

### §. XXXVII.

#### *Regis scriptum adversus comitiorum celebrationem.*

Biduo post Rex, cuius jussu id actum  
 fuerat, edictum proponit Maduani  
 Ducis scripto contrarium, quo die vi-  
 getima nona ejusdem Mensis de egregia  
 sua erga Rempublicam voluntate quæ-  
 dam paucis verbis honorifice præfatus  
 ita perorabat: „permolestum mihi ac-  
 „cidit,